Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



6

cum eam uel obpugnauerūt uel uicerunt facere noluerunt. credo
quod uidebant si eī dī sacra recipent. q̄ se solū deletis etiā simula
chris coli uiberet. dimittenda ēē omīa que prius colenda suscepant.
quorū religionib' impiū suū creuisse arbitrant. in quo eos plurimū
fallacia demonū decipiebat. Nam utiq; intelligere debebant occulta
dī ueri uoluntate penes quem rerū summa potestas ē sibi datuos
& auctum regnū. non illorū deorū fauore. Qui si aliq̄d in hac re
potestatis habuissent. suos potius protexissent. ne a romanis supa
rentur. aut ipsos eis romanos edomitos subiugassent. Heq; enī
possunt dicere pietatē ac mores suos adijs gentium quas uicerūt
dilectos & electos. Numquam hoc dicent. si primordia sua recolēt.
facinorosorū asylum & romuli frīcidium. Heq; enim quando
asylū constituerunt remus & romulus ut quisq̄s cuiuslibet
sceleris reus eo confugisset inultum haberet cōmissum. penitēn
tie p̄cepta dederunt ad sanandas animas miserorū. ac nō potius
collectam timētium manū contra suas ciuitates quarum leges
timebant mercede impunitatis armarunt. aut quando romul'
frēm qui nichil in eum mali ꝑpetrarat occidit. iusticiā uindi
candi. ac non p̄ncipatum dominandi cogitauit. Itane istos
mores dilexerunt dij hostes suarum ciuitatum fauendo hostib'
earum. Quin poti' nec illas deserendo p̄sserunt. nec ad istos
transeundo eos aliquid adiuuerunt. quia non habent in potes
tate regnum dare & auferre. s; d's unus & uer' hoc agit occulto
iudicio. non continuo beatos factur' quib' terrenum regnū
dederit. nec continuo miseros quib; ademerit. s; beatos
uel miseros ꝓpt̄ aliud & aliunde faciens. temporalia regna
atq; terrena. quib; uoluerit & quamdiu uoluerit. sc̄dm pre
destinatum ordinem sc̄lorū. uel sinendo uel donando distribuit.
Vnde nec illud possunt dicere. cur g̊ d's hebreorū quem sūmū